HAut aliter ſenior viſus GRAMANUS atroces
Herculeâ morbos perdomuiſſe manu.
Invasêre nigri hunc latratu Ditis alumni,
Conati innocuum dilaniare Virum.
Reſtitit is validè, & furialia monſtra ſubegit
Eximiis curis, eximiisq; libris.
Indè ſuo ceſſit fato; Sed natus uterque
Et patrias artes, & retulére patrem.
Utq; ASCLEPIADÆ ſua quondam arcana tenebant,
Perque manus natis tradere moris erat:
Sic pater arcanis natos inſtruxit, & ipſi
Ignis ope extundunt plura ſubindè nova.
Nullus tàm gravis eſt, quem non citò pellere, morbus,
Arte ſciant, patrio eſt notus uterque ſolo.

Artibus his patris, atque suis famamque decusque
Conciliant & opes, & sibi amicitias.
Invide, quid frendes vanâ sine viribus irâ?
Nil agis, invidiâ carperis ipse tuâ.
Artes GRAMANIDUM, laudesque decusque manebunt,
Zoilus in proprias incidet ipse scrobes.

Alterum Encomium,

Viri præstantiss. Dn. M. Vlrici Bollingeri, Poetæ Coron. *qui in elegia de antiqua Philosophicâ Medicinâ ad Osw. Crollium, parentem meũ Philosophicis Medicisq; adjungit peritissimis, hocque commendat pentametro.*

Et se Gramano jactat Hiera suo.

Tertium Encomium,

Viri celeberrimi Dn. Caspari Conradi, Silef. Med. Doct. qui Prosopograph.

Mel. Millen. II. parentem meum reducit loquentem.
M. Johannes Gramanus, Medicus Erphord.

Secta-

Sectarum quot sint, qualesque è gente medentum
Explico: doctrinam tu repete indè meam.
(Meminit ejus Johan. Georg. Schencki Cl. editis scriptis Anno 1593.)

Ad
Chymiatrum Clarissimum & Experientissimum
Dn. Georgium Gramanum,
utriusq; Medicinæ Doctorem,
EPOS VOTIVUM.

EXpertus, non falsa loquar, sed vera fatebor
Carmine, quæ quondam gesta vel acta canam.
Invaluit quartana *diu, quoq; tempore longo,*
Corporis exitio, proh dolor, ossa dedit.
Nulla salus tunc, Lector, erat speranda, sed omnis
Spes hominis, dubium consilium q; fuit.

Chriſte veni, *vox crebra fuit mea*, ſol-
ve dolorem, (reſeca
Atq; brevi longam *tempore* ſpem
Impiger, ecce, venis, Scribâ comitante:
Thalebram
Gramanne, *auxilio conſilioq; venis,*
Conſilium auxiliumq; tuum, quia ritè
probavi,
Laudo, almæ Chemicæ nuncq; honor
artis erit.
Artem laudo probè, ſcriptum benè, ſed
mage laudo (fices,
Pharmaca, ſola viros ars facit arti-
Ars parvos magnos facit, ô Gramanne
perite,
Ars facit & celebres tollit ad aſtra
viros.
Arte igitur, ſcriptoq; tuo depellere morbos
Perge nec aßiduus deſine, Clarus eris.
Clarus eris, nomenq; tuum laudesq; ma-
nebunt,
Funera poſt, Virtus clarior ire
ſolet.

HE-

HEXAMETER

Annum febrilem, laus Deo, præteritum continens:

DIrIge tV greſsVs GraMannI, ChrIſte, perItI.

Caſparus à Dachrod. in Dalebrâ, &c. properanter P.

ALIVD.

COmpater à Dachrod, quæ ſcripſit cuncta ſubindè,
O *Gramanne* probo, nec tibi vera nego.
Namque meas vires conſumpſerat *Hectica* febris,
Quam mihi vellebas funditus arte tuâ.
Veram igitur laudem, Doctor *Gramanne*, reportas,
Pro meritis meritò gratia danda tibi.

Chriſtianus Vitzthum / ab Eckſtedt / Hæreditarius in Micro-Vargulâ &c. f.

ALIVD.

Quæritur, en, quonã Medicina superbiat ortu?
Biblia respondent: quo mare, terra, polus.
Ut mare, terra, polus referunt primordia soli
Ter sancto, summo; sic Medicina DEO.
Autor enim DEUS est, quis nescit? Fautor & ipse,
Roboris & sani corpora quicquid habent.
Sic, licet infensus Cyclops maledixerit illi,
Et putet, ad robur sat sibi posse gulam:
Non hilum curo; sunt, qui de pectore sano
Agnoscunt grati munera grata DEI.
Ergò decus MEDICÆ, meritò, GRAMANNE, coronæ
In laudes solvit se mea lingua tuas.
Magnus es, ô GRAMAN, vir præditus arte medendi,
Auxilio, famâ, nomine, laude, fide.
Te fugiunt tristes morbi, te pallida febris,
Horret & absumens corpora mæsta phthisis!
Miræ molis opus: potis es tardare sagittas
Mortis, & ægrotis arte levare malum!
Instar multorum, DACHRODI, stemmate claro
Nobilis, en, locuples sat mihi testis ades:
Quis te, cum nervi, cum lingua stupesceret & mens,
Victurum saltem, credidit, esse diem?
Hujus at, ô DACHROD, vivis medicique Deique
Munere, nunc dicis carmina grata DEO:
Carmina grata refers, qui extremo à funere, mirâ
Servavit vitam dexteritate tuam.

Ergò

Ergò quibus cordi est sanum cum robore corpus,
GRAMANI accedant pharmaca docta Viri,
Pharmaca languenti promentis divite perâ,
Ossibus exesis ut panacea sient.
Sic, GRAMANNE, decus phœbi, clarissime DOCTOR
Pœonios inter lucida stella viros:
Crescere perge diu, clarere, cluere, fruisci,
Ingenio, famâ, laude, favore: sat est.

Favoris & bonæ affectionis ergò f.

M. Nicolaus Hartprecht / Pastor in Hohen, & Thalebrâ diœcesi Sondershusinæ.

LECTORI PHILIATRO
S. P. D.

ARte Machaoniâ claret pater antè Magister (mille tuetur
GRAMAN, pestifero qui tempore Corpora; ceu dives Consul mihi testis & Irus
ERFURTI. Gnatus majori laude GEORGUS Excellens audit Lauri decoratus honore
Supremo DOCTOR; Comitis primarius aulâ
Ohrdruvii Pœon. Modiô quæ multus opacat

Alter

Alter Vir - medicus, privis medicamina libris:
Hæc GRAMAN-DOCTOR toti jam publicat orbi,
Plusque ſtudet noſtræ (Lector cognoſce) ſaluti,
Quàm peræ & manicis propriis, propriæque farinæ.
Quid contrà Pœon? Tu, Lector, volve libellos
DOCTORIS; Grates magno perſolve labori:
Et vitam precibus protolle; hoc expetit, haud plus.

Novæ amicitiæ ergò
Poeta Cæſ. Quintùm Cos. quondam
in Svvartzburgicâ
Sondershusâ,
MATTHÆUS ZIMMERMAN.

Anagrammatiſmus.

GEORGIUS GRAMANUS.
VIR SUGGERO MAGNAS.

LAudo Librum, titulo Si ſic, Gramane, *reſpondet,*
Et morbis hominum ſi mage, laudo magis:
Inq,

Inq, Vir *hic medicus moribundis* suggero magnas
Vires, *hoc ægris suggero cuncta libro!*
Est ita? nil Cheiron, nil est Podalyrius: omnes
Gramani *medicos anteit iste liber.*

M. Balthasar Tham /
JureConsultus.

In Tractatum Medicum
Viri Clarissimi atq; Excellentissimi
DN. D. GEORGII GRAMANI,
Med. Saxo-Henneb. Provinc.
ordinarii.

SItne Theophrasti Methodus retinenda medendi,
An tua plus Medicos, docte Galene, juvet?
Quæritur, & dispar responsum est. Plus mihi prosunt
Namq; Galenistæ, Pharmacopœus ait:
Cum *Recipe* illorum varia ingredientia poscat,
Sæpius atq; graves reddat a b ere manus.
Sed Para-qui *celsi* mysteria Chymica prodit,
Affixis lecto perplacet ille magis.
Nam Dosis exigua est, facit atq; ea portio parva
Plerunq;, ut facilem sentiat æger opem.
Si tamen, alme *Deus*, dederis in pharmaca vires,
Et nisi plus valeat forsitan arte malum.
Interea quid nî laudes mereare, *Gramanne*,
Æternas, clarum nomen & inde feras?

Natu-

Naturæ cum tàm vulgas occulta benignè,
Suppetit innumeris unde medela viris.
Perge vir esse, Bonum qui sit Commune medendo,
Subscribatq; operi Diva Hygiea tuo.

Gratulab. f.

M. JACOBVS SORGER,
Illustr. Gymnasii Schleus.
Rector.

Ad Dn. D. Georgium Gramannum, Medicum excellentissimum Saxo Henneberg. ordinarium.

VT probat artifices operis præstantia claros;
Et velut effectus dat bona caussa bonos:
Sic quoq; non dubium est, quin hæc medicamina multis
Præstiterint aliis, quæ liber iste docet.
Unio enim præstat, præstat quoq; pectore cervi
Exectum ossiculum, & quæ gerit ossa caput.
Præstant & species aliæ, quas, docte GRAMANNE,
Tradis in hoc (parvus sit licèt ille) libro.
Namq; indefesso hinc studio, magnoq; labore
Extrahit ars Chymicâ nobiliora manu.

Ergo

Ergò GRAMANNE tibi debetur gratia magna,
Quod tibi non soli hæc vis retinere bona:
Sed prodesse studes multis: sic præmia digna,
Si negat ingratus, reddet ea ipse DEUS.

Amicitiæ & gratitudinis declarandæ
ergò scribebat

M. Iacobus Mylius, Ecclesiæ
Sulanæ Diaconus.

QUàm Coquus est melior Lanio, Molitoreque Pistor,
Gallenus cedit tàm Paracelse tibi.
Furfure nam panis, caro namque salubrior assa
Est crudâ: Medicum sic Medicina probat.
Id liber hic parvus magnâ docet arte GRAMANNI!
Plaustra quod herbarum mille probare latet.

Johannes Rupertus.

Hoc

HOc opus est auctum Medici, doctissime Lector,
Utile, percarum, dulce, perenne, novum.
En tibi de rigidis secreta rosaria spinis,
Ut citra vulnus florea serta pares.
Edidit exiguum, complectens magna, libellum,
Certos qui retinet cum brevitate modos.
Adde, quòd & sensum breviter subnectit apertum,
Ne subeant mentem tædia longa tuã,
Pondus inest rebus, nec distant pondere verba, (habent,
Et, quicquid debent, convenienter
Hunc igitur librum cupidè tibi, & omnibus, aptum (nu,
Suscipe, & assiduâ volve, revolve, ma-

Debitæ observantiæ ergò Filius

Georgius Christophorus Gramannus, Studiosus Philos. & Medic. adjiciebat.

Anno post natum Salvatorem,

Ah, DeVs, In terrIs tVos LIbera à MaLo præterIto, præsentI, atqVe fVtVro.

Chy-